



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 13. Diuitis & pauperis mors inter se colltæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

rere talibus bonis? ea posse contemnere, abijcere, detestari, quorum possessio ad alios pertinet, vel conflata de sudoribus tot pauperum, vel ipsi Ecclesiæ ablata? Quam longè melior conditio est paupertatis?

§. XIII.

Divitis & pauperis mors inter se collata.

S. Augu-
stin. de
verb. Do-
mini. ser.
24.

Recordamini in Euangeliō diuitem illum, & pauperem illum, ait S. Augustinus. Diuitem indutum purpura & byssō, & quotidianiē epulis saginatum, pauperem verò illum iacentem ante ianuam diuitis, esurientem, & de mensa micas requirentem, ulceribus plenum, & canibus linctum. Recordamini ergo. Vnde recordamini, nisi quia Christus est in cordibus vestris! dicite mihi, quid ipsum intus interrogaueritis, & responderit vobis? sequitur enim, & dicit: contigit, mori inopem illum, & auferri ab Angelis in sinum Abraha. Mortuus est autem & dives & sepultus est in infernum. Cum autem in tormentis esset, levavit oculos, & vidit Lazarum quiescentem in sinu Abraha. Tunc clamauit, dicens: Pater Abrahā, mitte Lazārum, ut intingat digitum suum in aqua, & stilet in linguam meam, quia crucior in hac flammā. Superbus temporis, mendicus inferni. Panperq; ille perueniebat ad micam, ille autem

non

non peruenit ad guttam. De duobus ergo illis,
dicite mihi, quis est bene mortuus, & quis ma-
le mortuus? Nolite oculos interrogare, ad cor-
redite. Si enim oculos interrogaueritis, falsa ve-
bis respondent, multū enim splendida sunt, &
seculariter fucata, qua illi diutij morienti ex-
hiberi potuerunt. Quae potuerunt agmina esse
plangentium seruorum & ancillarū? qua pam-
pa clientium? quis splendor funeris? quod pre-
tium sepulture? Credo enim ab aromatibus ob-
rutum. Quid ergo dicturi sumus, fratres, bene
istum mortuum, an male mortuum? si oculos
vestros interrogatis, optimè mortuus est, si magi-
strum vestrum interiorem requiritis, pessimè
mortuus est. Si ergo sic moriuntur superbi re-
rum suarum conseruatores, & nihil inde pa-
peribus largientes, quomodo moriuntur, qui ra-
piunt res alienas? Verū ego dixi: viuite, ne
moriā minimale, ne quomodo dīnes ille moria-
mini. Non probat malam mortem, nisi tempus
post mortem. E contrā attendite illum paupe-
rem, sed nolite oculis, nam errabitis, fides at-
tendat, cor videat. Constituite illum ante ocu-
los vestros iacentem in terra, ulcerosum, ve-
nientes canes lingentes ulceracius. Sed cūm ta-
lem illum renocatis ante oculos vestros, conti-
nuo expuritis, faciem ancertis, nares obturatis.

Cordis

*Cordis oculis videte. Mortuus est, & ablatu
est ab Angelis in sinum Abrahae, familia diuiti
videbatur plangens, Angeli non videbantur
gaudentes. quid ergo respondet diuiti Abramam
memento, fili, quia percepisti bona in vita tua.
Nihil bonum putasti, nisi quod in ista vita habui-
sti. Accepisti bona, sed transierunt dies, & totum
perdidisti, & torquendus in Inferis remansisti.*

§. XIV.

*Periculosem diuitiarum pondus abyien-
dum esse.*

*Si ita diuities laudantur, quis non malit
esse pauper? qui, ut securius coram latrone
cantat, quia est vacuus, neque timet spo-
lijs insidiantem; ita expeditius currit, per
ardua, ad cælum. Et verè S. Bernardus ait:
*Camelus unum solum pondus haberet, dines duo;
unum terrenarum possessionum, aliud pecca-
torum. Primum in morte deponitur, aliud ve-
lit nolit moriens retinet, nisi ante mortem de-
ponat. Immò & primum retinet, quia eti-
amsi diuitiæ morientem deserunt, non de-
serit tamen pondus diuitiarum. Grauat
enim eum adhuc æs alienum, grauant depo-
sita, grauant doli & fraudes, quibus pecuni-
am aliasque res proximi interuertit; gra-
uat denique onus restitutionis. Quibus tot
ponde-**